



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 80. An inter creditores merè personales possit aliis præferri, qui priùs petit, vel qui est amicus debitoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

gulam illam juris in 6. explicant de habentibus titulum realis obligationis : è contrà S. Th. Gabr. Med. Maj. Valent. Sa, Suar. Salon. Tolet. Rebel. & alii affirmant cum Lugo , dicente jus civile in hoc esse correctum à Canonico : Ratio est, quia prioritas temporis dat prælationem, non tantum habenti jus in re, sed etiam tantum habenti jus personale & ad rem, uti patet, si plures emerint eandem rem, si eadem puella spoponderit pluribus, nam tempore prior præfertur ; cuius ratio est, quia prior tempore obligaverat sibi debitorem ad hoc dandum , idem autem est de debito alio. Nec refert, quòd in emptione obligaverit se ad aliquid determinatè, nam licet se obligasset indeterminatè ad hoc vel illud, si hoc perriisset, teneretur determinatè illud dare primo emptori, ergo cùm etiam sic obligarit hæc vel illa bona , omnia sub disjunctione sunt obligata priori : & si hoc valet spectato jure naturæ in debitis realibus, valet etiam in personalibus ; sicut enim si meam personam heri obligarim Cajo & hodie obligem Titio ad cras laborandum, teneatur cras laborare Cajo & non Titio ; Ratio à priori est, quia quando se priori obligabat, etiam se simul obligabat ad removenda omnia impedimenta hujus solutionis , inter quæ esset obligatio sequens respectu alterius.

*Q. 80. An inter credutores mere personales possit aliis præferri, qui prius petit, vel qui est amicus debitoris.* R. §. 1. Totum debere solvi prius petenti docent plures, quos sequitur Busenb. Laym. ILL. t. 4. d. 3. n. 219., quia jura favent vigilantibus ; & ita videtur statui L. Quod autem, §. Sciendum , ff. Que in fraudem : idque videtur valere pro utro-

R. 2

*ama Deni*

troque foro , quia leges id statuente s videntur justæ : è contrà Mol. Vasq. Caſtrop: Lugo d. 20. n. 170. dicunt tantum valere, si acceſſerit ſententia Judicis, quia ex eo præcīſe, quod petat, non auget jus ſuum aut minuit aliorum : ſi tamen creditor bonâ fide acceptarit , admittit Lugo n. 179. poſſe retinere ſecundum dicenda n. 405. & 407.

**405** §. 2. Amicitia præcīſe non dat jus prælatiōnis : tamen ſecundum ſententiam probabilem , quod prior petens præferendus fit , poterit debitor admonere creditorem ſibi amicum , quod ipſe prius petenti poſſit prius ſolvere , & ſic procul dubio alter movebitur, ut petat, Lugo n. 174, qui n. 177. addit , ſi dediſſet nom petenti , poſſe repeteret , & tum reddere petenti.

**406** Q. 81. An pauper hoc ſolo titulo , quia pauper eſt , præferri debeat diviti , ſi debita personalia ſim paria. R. Affirmant S: Th. J. Med. Sa, Silv. Laym. Salon. Rebel. & alii, quorum ſententiam Less. di- cīt eſſe probabilem , Illiſ. n. 216. valde probabi- lem ; Ratio eſt , quia pauper , ſi ei non ſolvatur patitur gravius noſumentum , uti gravius pati- tur , ſi ei furoris unum , quam ſi diviti duos ſoli- dos , prius autem recedendum eſt à graviori no- ſumento. Negant Azor , Vasq. Less. Turr. Bonat. Caſtrop. Lugo , Illiſ. & alii paſſim , quia nullum jus hoc ſuadet , & dives habet æquè magnum jus ad rem ſuam , quam pauper ad ſuam , per acci- dens autem videtur , quod ex parte unius ſubjecti ſit majus noſumentum : putat quidem Less. , ſi pauperi inde ſequatur majus noſumentum , v.g. quia viliori prelio cogetur vendere ſua, ut fe alat , plus ei eſſe reſtituendum , ſed Lugo d. 20. n. 162. dicit etiam tunc tempore priori eſſe prius ſol- ven-